

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9260

**Auteur(s) :** Étienne de la Rouchefoucauld, Rennes (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1157, 15 mars

**Lieu d'émission :** Brollium de Muscon

**Action juridique :** règlement conflit

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Étienne évêque de Rennes règle le différend qui existe entre l'abbaye de Savigny et Guillaume Pugnard et son frère Ruallon à propos de la terre des Vaux.

## Tableau de la tradition

### Copies manuscrites

D. Paris, BnF, n.a. lat. 2500, n. XIII, p. 426-427. Copie du XXe siècle

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° XIII)

Texte d'après D

Sicut equum est et officio religioso conveniens ut emergentes inter fideles controversie concordia vel iudicio terminentur, ita quidem ordo exigit rationis ut ad materiam iurgiorum tollendam remedio et omne locum ad sopita iurgia susciatanda partibus obstruendum que rationabiliter finita sunt adposterorum memoriam scripture fidei committantur. Iccirco ego Stephanus Dei gracia Redonensis episcopus ad confutanda totius calumpnie machinamenta scripto commendare curam (sic) quod controversia que inter monachos Savigneii et Guillelmus Pugnard et Ruellonum fratrem suum super terram de Vallibus diu est agitata, interveniente pacis concordia tali modo terminata est videlicet quod Guillelmus Pugnard et Ruellonus frater ejus totam terram de Vallibus quam ipsi suscepta ab eis multa pecunia et retenta sibi quadam recognitione census jam pridem monachis donaverunt, ipsam terram cum nemore ipsius et predictam census cognitionem et calumpniam quama in nemore faciebat, et quemdam agellum ipsius terre quem antea reclamabant monachis ex integro dimiserunt, insuper et campos Manerii totos et pratium de Cormereia in prefata concordia in elemosina monachis donaverunt. Ista igitur supradicta ita libera penitus et quieta et ab omni servicio et consuetudine absoluta quantum ad ipsos attinet a Guillelmo et Ruello, concedente Roberto de Muscun et filiis ac fratribus atque nepotibus suis monachis sunt donata atque concessa quod in eis neque predictam recognitionem aut ullam aliam neque servicium aliquid seu dominium ullam denique retentionem sive reclamationem habebunt aut habere temptabunt neque eis sepedictis Savigneii monachi predictas terras in perpetuum possidentes, pro eis aliquod omnino servicii nisi quantum unicuilibet et de vicinis suis debebunt. Habuerunt enim pro hac ultima donatione et dimission sua XIII libras andegavensis monete. Hanc autem pacis compositionem in presentia nostra factam. Ego Stephanus episcopus illius terre dominus

testificor, concedo et in perpetuum confirmo, salvo redditu meo XX scilicet denariorum Redonensis monete. Facta est autem concordie hujus pacisque compositio anno Domini MCLVIII idus martii apud Brollium de Muscon in domo monachorum quam et ita tenendam affidaverunt ibi Guillelmus et Ruellonus frater ejus et Robertus de Moscon et Radulfus et Mabon et Eudo de Caecio pater ipsius uxoris Guillelmi. Sequentem autem die in presentia nostra est recordata atque confirmata quam et ibi similiter affidaverunt Guillelmus et Ruellonus et Robertus de Moscon. Teste Guillelmo abbate Sancti Melanii et Hamelino thesaurario, Radulfo et Eudone archidiaconis, Maldeto, Alano de Appigneio, Guillelmo priore Sancti Melanii, Guillelmo Fergant, Roberto Fauvel, Joscelino sacerdote cognato Guillelmi Pugnart, Garino filio Pagani, Guillelmo de Mont Germant, Olivero de Montorifil, Adam Clerico, Philippo de Campania, Olivero de Apigneio, Pagano de Fonteneio, Radulfo de Moscon, Mabon, Theobaldo filio Huberti, Roberto Racape, Petro filio Milesent et pluribus aliis.